

PROOEMIUM.

ALBERTI KRANTZ IVRIS CANONICI ET SACRAE PAGINAE DOCTORIS VIRI FAMOSISS. WANDALIA EX MVLTIS AVTHORIB. ET ANALIBVS PLVRIMIS LABORIBVS ET VIGILIIS CONGESTA INCIPIT FOELICITER.

PROOEMIUM.

ANDALORVM AB ORIGINE ANTIQUISSIMAM & NUNC TOTIUS EUROPE LATISSIMAM GENTEM A PRIMIS CUNABULIS RECENSERE DIFFICILLIMUM & PROPE IMPOSSIBILE ARBITROR, QUOD IN EA GENTE DIU NULLE LITERE QUIBUS ANTIQVITATUM MEMORIA SERVARET, UIGUERUNT, PRIMUMQUE ILLI SICUT PLE-

W

risque cum Christianismo sunt inuicte. Quae ex re ordinem quoque gestorum in ea omni gente ad nostra usque tempora deducere, prorsus factu non possibile iudicavi. Quos enim annales, quos codices rerum uetustarum indices in eis proferunt, certe nullos, & quod difficultatem exaggerat, ea Wandalorum natio pro sui magnitudine multas provincias occupans & aliquando mutans, nomina multiplicauit & aliquando uariavit: ut non putes eandem esse gentem, quam uariis uocabulis inscriptam diuersis & longe distantibus provinciis reperis habitantem: cum tamen unis ubique moribus, isdem legibus, una denique lingua uiuat. Bohemi quidem insignis huius gentis portio, quaedam suae uetustatis praeferebant monumenta: quae literis latius illustrauit Aeneas Syluius tunc Senensis Cardinalis, deinde Pius Papa. II. paucis ante pontificatum diebus, cum per ociu ageret in balneis Puteolanis. Sed in his ipsi ab illo meruerunt de suae antiquitatis commemoratione proptinus irrideri, quod illam usque ad Babylonis turrim & linguarum confusionem produxerunt. Cum enim non inde usque ad arcam Noe & ad ipsum patris parentis uterum paradysicis delicias ascenderunt: Vana nimirum iactantia & merita irrisione castigata, nulla enim media tempora a multis annorum milibus, nullos duces, nullas res gestas per multa secula commemorant: quancumque & illa ipsa quae de sua Bohemi in eam regionem transiitione prodiderunt uana sint & friuola & multorum testimoniis facile conuincenda. Tenemus teste Blondo tempora quibus Wandali (quos ille ut caeteri Sclauos appellat) e praeficis sedibus in Dalmatiam, Histriam, & Illyricum transierunt sub imperio Mauricij Constantinopolitani, non ut illi fabulantur, ex Dalmatia in Bohemiam duce Zetho commigrarunt. Nam magnam Boemorum gentem in Hercinia sylua dudum mansisse longe ante tempora ab illis signata Ptolomeus Cosmographus, qui sub Hadriano Imperatore scripsit, commemorat. Tacitus uero Boemos uocat a Bois Gallica gente traducto uocabulo: quam sedibus suis, hoc est motosis illis quas nunc Bohemi tenent regionibus, pulsos exegerunt: & ab eodem Tacito sunt appellati Boicemi Marcomani: quod suo loco cum ad tempora Marci Antonij peruenerimus commemorabitur. Nec tamen Aeneam in ea sua narratione coarguerim: qui traditam sibi a gente fabulam foecerit Latinam: fidem narrationis a tradentibus iubens requiri, Sclauos autem appellant quos ueteres dixere Wandalos: nam & illi

Wandalis omni nullae literae.

Wandali multarum nomina.

Bohemi.

Pius II.

Igritio Boemos.

Blondus.

Zethus.

Ptolomeus.

Boicemi.

Marcomani

Sclauis.

• PROOEMIUM.

ipsi Bohœmi in suis antiquitatib⁹ ad turrim Babylonis extruendâ in di-
 uisione linguarû se adfuisse, & tum Sclauonos, hoc est uerbosos, se con-
 tendunt appellatos. Sed hæc fabulosa iustis de causis cum Aenea reijci-
 tes, antiquitatē totius Wandalorū gentis ex uetustissima memoria colligimus.
 Nam Cornelius Tacitus ad principiū Germaniæ sue, Celebrant inquit Germani carminib⁹ antiquis (quod unū apud illos memoriæ atq³ annaliū genus est) Tuisconem deum terra editū, & filiū Mannum origi-
 nem gentis conditoresq³. Manno tres filios assignāt, e quorū nominibus
 proximi oceano Ingeuones, mediū Hermiones, cœteri Isteuones uocentur.
 Quidā autē licentia uetustatis plures de eo ortos, pluresq³ gentis ap-
 pellationes, Marfos, Gambriuios, Sueuos, Wandalos affirmāt. Eaq³ ue-
 ra & antiqua nomina & Caius Plinius in naturali historia per eadē fere
 tempora quibus Tacitus sub Traiani impio scribēs: Genera inquit Ger-
 manorū quinq³: Wandali, quorū pars Burgundiones, Varrini, Carini
 Guttones. Alterū genus Ingeuones, quorū pars Cimbri Teutoni a Cau-
 corum gente. Proximi autē Reno Isteuones, quorū pars Cimbri mediter-
 ranei. Hermiones, quorū Sueui, Hermanduri, Catti, Cherusci. Quinta
 pars Peucini Basterne cōtermini Dacis. Horū testimonio, pbatissimorū
 inter omnes authorū discimus, inter uetustissimos Germanicę gentis ex-
 tare Wandalos, quando Sclauorū nulla fit memoria. Ob eam rem uetus-
 tissimo probatissimoq³ inter authores uocabulo, iure optimo utemur in
 uniuerso opere. Nam & Tacitus & Plinius hæc consonā gentis nomina-
 tionē ex eodē, ut arbitror, fonte hauserūt: Babylonio Beroso, qui sacer-
 dos Chaldaicę gētis publico ministerio renouauit ueterū annales, & per
 sua tēpora cōtinuauit. Scripsit autē tēpore Alexandri magni: cui⁹ fidelē cū
 interpretatione historiā ad nos nostro tempore perduxit quidā Viterbi-
 ensis diligentissimus antiquitatū scrutator. Is ergo Berosus tradit Noam
 patrem noui sæculi iam ante diluuiū genuisse Chamesem, Sameū, & Iape-
 tum. Post cataclysmū uero, genuisse filios multos, in quibus primogeni-
 tus Tuiscon pater omniū Germanorū habitantiū a Tanai ad Renum. Ea
 enim magna appellatur Germania. Tuisconis filij fuere Mannus, Inge-
 uon, Isteuon, Hermion, Marsus, Gambriuius, Sueuus, Wandal⁹, Hun⁹,
 Hercules, Teutanes. Hęc est prima Germanorū origo ex patre Tuiscone,
 auo Noa. Manni autē in omni gente illa memoria permansit, ut uirū for-
 tem & strenuum hodie ex uirtute Mannū appellent. Ingeuon, Isteuon,
 Hermion, ex Tacito, quod diximus, suas regiones sortiuntur. Marsi ad
 Albim concessere: quorū tenues reliquie in palustribus sunt nō longe ab
 ostio fluminis, Thietmarsi, Wilsermarsi, Crempermarsi: qui qm̄ in palu-
 stribus habitant, obinuit Saxonū consuetudo ut omnes palustres Marsi
 uocitentur. Gambriui nulla reliquere uestigia, nisi forte Sicābros, Fran-
 corum ad Reni fluentia patres, inde deriuari credamus. Sueui notissima
 in Germanis natio. Wandali sunt quos nūc exequemur. Russi, Poloni,
 Bohœmi, Dalmat⁹, Croaci, una gens ut docebim⁹. Huius uero, q³ Tuis-
 cone patre orti sunt, intra Germaniā numerabuntur: ut erubescant qui

Germanis unū annaliū unū genus.

Plinius.

Quicq³ Germanorū gēna

Vetustissimi Wandali.

Berosus.

Viterbiensis

Filij Noæ.

Tuiscon & qui filij ei⁹.

Thietmarsi

Huius

PROOEMIUM.

Asiaticos esse contendūt. Nam (quod suo loco docebimus) magnū imperium in Europa sub Attila rege tenuerunt. Iam uero Hercule Tuisconis filiū agnoscimus, primū omnium cui id uocabulū contigisset. Multos enim eo dignatos nomine legimus pro uirtute unde intelligere promptū est fuisse primariū uirum, a quo tot clari uiri agnominari pro magno habuerunt. Teutonem autē fuisse Tuisconis filiū inde libenter agnoscimus, quā iam Teutonū uocabulū in omni gēte uulgatū est: ut omnes Germani Teutones uocitentur, quanquā latius sit Germaniē quā Teutoniē uocabulū, quā Germania oēm cōplectitur latissimā a Tanai ad Renū ditionē, in qua linguae plurimae. Teutonia uero ad eas coartatur, prouincias quae una lingua Teutonū perfruunt. Sed haec interim. In Wandaliā reuertamur: de cuius antiquitate a Wādalo patre Tuisconis filio haec sunt breuiter cōmemorata.

Oeterū quod ad gentis magnitudinē & ditionis latitudinē pertinet paucis exequamur. Certissimū argumentū unius gentis sequenti lingua, quae in Russis (magna utique gēte) Polonis, Bohæmis, Dalmatis, Histrijs, & in nostris Wādalis una est, sub quadā uarietate, quae per tractū & distantiam regionū incidit: qualem cernimus in Italia & Teutonia sub una lingua diuersitatē, cum ipsa rerū uocabula sint ubique una. De Romana quidem uernacula lingua ad Hispanias & Gallias propagata, & olim in Africā & magnā Asiē partē extēta, alia ratio est, quā Romanū imperiū tunc in illas regiones prolatatū per Romanos praesides linguā quoque propagarit: quod primū in Italia peregit, abolens ueterū Aethruscorū & aliarū Italiē gentiū priscas sermone inuentiones. Nullū autem Wādalarū, aut Russorū, aut Polonorū, aut Bohæmorū, aut Dalmatarū in eiusdem linguae mortales possumus imperiū memorare. Quod si res per se clara testibus indigeat, unā esse gentem & linguā in eis, quas diximus, nationibus, Blondum nostri temporis Romanum scriptorem, diligentissimū antiquitatis scrutatorē, audiamus. Ait enim ad finem libri. viij. primae De cadis: Quāquā uero Gregorius plura de hac Sclauorū in Histriā irruptione non scribat, tamen nos cōpertū habemus eam gentē quā ultra Danubiū sedes certū est habere, tūc primū oram Hadriatici sinus dextri lateris occupasse, & ita habitationē in ea continuasse, ut quicquid prius Histria & Dalmatia dicebatur, ad tempora usque nostra dicatur Sclauonia. Nec tamen omnis illa gēs reliquit primas ad Danubiū sedes: quā ipse mutato nomine magnā obtinet partē illius regionis. Siquidē loquutionis similitudo ac pene proprietates ostendit eos qui nunc Poloni & Bohæmi dicuntur ex Sclauorū reliquijs fuisse. Incoluerunt autē prius ea loca Wandali quos credendum est quā ad Romanorū inuadendas prouincias sunt profecti partē gentis in patria reliquisse. Quare Sclaui paulopost superuenientes ita loquutiones commiscuere: ut ex utraque tertiam reliquerint: quae pro regionis & ducū diuersitate partim Bohemica partim Polonica sit postmodū dicta. Hic tuā Blondi prudentiā requiro ut plane intelligas, Wādalos esse gentis generale uocabulū, ut una gens unius linguae fuerit, nec sit necesse ex duabus tertiā conflare linguam. Subsequitur idem. Sunt etiā certiores, proximis in regionibus Sclauonia

Primus Herculius.

Teutonū

Germaniarū & Teutoniā limites.

Gentes habentes linguā Wandalicam.

Aethruscorū

Blondi antiquitatis scrutator.

Sclauonia

Author non sentit cum Blondo.

PROOEMIUM.

Verba Blō-
di.

S. Gregori⁹

Wandali in
seruitutem.

Saxones ser-
uarūt uoca-
bulū Wā-
lorum.

Wandali &
Sclauī ijdē

Wandalicæ
urbes hodie

Lubica.

uorum reliquie apud Saxones, quorū coloni maiori ex parte purā habent
qua Dalmate nunc utūtur, Sclauonicā locutionem. Hęc sunt uerba Blō-
di Romani scriptoris: que, etsi omnia ad liquidum non probo, in hoc mi-
hi satisfaciunt, q̄ testantur eandem nunc esse linguam Polonorum, Bohe-
more, Dalmatarū, que est in reliquijs Wandalarū inter Saxones. Nam &
hec cōmonstrant, non Bohemos ex Dalmatis, sed Dalmatas ex Bohemis
& cœteris Wandalis, esse profectos. Cuius rei apertissimus, fidelissimus
& maximus testis est Beatus Gregorius Papa, qui, cum Sclauī Histrie im-
minerent, eius prouincię scribit Episcopis: Equidem de Sclauorum gente
que uobis imminet, quod audio, me affligit uehementer, & turbat: affli-
gor, in his que in uobis iam patior: cōturbor, quia per Histros aditū iam
in Italiam tenere ceperūt. Hęc ideo reteximus, ut unam esse gentem Polo-
nos, Bohemos, Dalmatas, Histriosq; doceremus: quos nostri Sclauonos,
ueteres uero nomine dixere Wandalos. Hoc aut̄ uetustissimū totius gen-
tis uocabulū in solis nostre regionis hominibus inter Saxones permansit
ut uel soli Wandali dicerentur, qui ad Mare Germanicū olim habitabant
nūc terropulsi in mediterranea, & ad magnā raritatē perducti in seruitutē
ultimā, & omniū cōtemptū, peruenerūt: quod inde potissimū euenit, nam
acerrimus quisq; ubi contemptū & seruitutem exhorruit, se proximis im-
miscuit nationibus, linguā gentis perdiscens, ut euaderet grauissimū serui-
tutis iugum. Mira rerū cōuersio, ita gentem nūc haberi cōtemptui, cuius
patres res magnificas infra memorandas, exantlauerūt: Hodie tñ, que fue-
rit olim gens Wandalarū in uniuersum ignoraremus, nisi uernacula Saxo-
num lingua hoc uocabulum conseruasset, ut inter eos qui olim Wandali
fracto, ut fit, uocabulo nūc Wenden uocitentur. Ea gens ad mare Germa-
nicū a ueteri ciuitate Holsatię que illorū lingua Starigard, Saxonū uero,
Oldenborch uocitata, per Germanici maris littora, orientem uersus usq;
in Prussiam (que olim Sarmatię pars erat, nunc uero ānumerať Teutonię
& legibus & lingua) pertingit in Poloniam & Russiam.

LIBRI PRIMI CAPVT I.

In hoc autē maritimo tractu Wādalicę ab olim a Wāda-
lis, quos Sclauos etiam nostri dixere, habitato, nūc uero
a Saxonibus occupato, floruerūt ab olim aliquot splen-
didę urbes, quarū erat tāta potētia, ut potentissimo Da-
norū Regi sepe cōfligerent: nūc partim funditus euerse
partim ad uillarū rusticam uilitatem redactę marcuerūt.
Sub Saxonum autem gubernaculis alię locis alijs extru-

ctę nūc potissimū, propitio Deo, florent: que uetus regionis nomen etiam
ipse non erubescunt, usq; hodie appellatę Wandalicę urbes: quarū cōme-
moratione, hūc de Wandalis tractatū alacrius suscepi: ostensurus, quid ab
olim ea natio gesserit rerū, & in quos principes effloruerit, quas etiā urbes
nūc insignes habeat is maris tractus: Quarū ab occidua parte, ut inde ordi-
amur, Prima, & omniū florentissima est totius maritimę Saxonię, & infe-
rioris Germanię decus & corona Lubica, Imperiali exemptione p̄dita a